Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

8v

matrimonii contrahere possint. an seruus uni ancilla alterius propter uoluntatem domini utrusque in uxorem accipere ualeat. xxx. CAUSA.

IN xxx. causa agitur de his qui filios suos de sacro fonte susceperunt. utrum uxoribus suis debitum reddere ualeant an non. et mutua auctoritatibus iubent et prohibent ab inuicem discedere. Ostenditur etiam in ea quod filia spiritualis accipit, ea quod de sacro fonte leuatur. dicitur etiam spiritualis filia sacerdotis que ei peccata sua confitetur. quarum omnium flagitiosa commixtio eadem pena ostenditur esse plectenda. In ea quoque demonstratur quod annos VII annos sponsalia contrahi non possunt. cum neque sponsalia neque coniugia possunt esse ut non esse sensus utrusque. et iidem sensus non esse. in eis consensus esse non potest. Idem etiam ostenditur quod spirituales uel etiam adoptiui filii naturalibus copulari non possunt. Alii uero si ante cognationem fuerint non prohibent coniungi. si uero propter cognationem copulari prohibent. et quod si quis fortuito casu filiam suae commatris uxorem acceperit non cogitur eam dimittere. et quod relictam cognatis uxoris suae aliquis in coniugem ducere prohibet, et permittit. et quod uxor cum marito simul in baptismate puerum suscipere non debet. Agitur etiam in ea de clandestinis coniugiis. quae penitus prohibent. De sollempnitatibus etiam uel caminis et anuli. quae in coniugiis obseruant. De his etiam quae diuinis tactis septuris iurant mulieribus legitimas se eas uxores habituros. et de iudiciis in quibus pro incertis a certis recedere non licet. nec in re dubia certa debet dari sententia. xxxi. CAUSA.

IN xxxi. causa de adulteris agitur: an post mortem uiri legitimi aliquis possit ducere in coniugem quam prius polluit per adulterium. de sedis quoque uel iudicis nuptiis que illicite uidentur. si propter inimicitiam homini ab aliis permisse. In ea etiam ostenditur quod aliquis non est cogenda nubere alicui. cum in coniugio consensus desideretur. libere et spontanee. qua iunctae nuptae malos solent habere puerperium. et quod fide sponsalium parentibus frangere non licet.

IN xxxii. causa agitur de coniugio. utrum meretrix licite in coniugem ducatur. xxxii. C.

Primum ostenditur quod meretrix occasione coniugii a uiro retineri non possit. cum lenocinium accusetur: et pauperiem uirginitatis esse probetur quam eam celat uxoris. Idem ita ostenditur quod ante quam penitentiam adulterium purgetur. debitum adulterio uir reddere non debet. quod si fecerit ita

si ei quis in misionis uocabulo ea sacro baptismate uinguit.